



**LIBRI || OFFICIALIS || SIVE AGENDAE S.|| TREVERENSIS
ECCLESIAE PARS || POSTERIOR, IN QVA IAM PRIDEM
RECEPTI ET || longa consuetudine confirmati
Catholico-||rum ritus, quasi in vnum corpus ...**

Jakob <III., Trier, Erzbischof>

Trevorum, 1576

VD16 ZV 206

Ordo subleuandi Crucifixum in nocte Paschali, cum Canticis consuetis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75472)

DE PROCESSIONE

IN SACRATISSIMA NO-
CTE PASCHAE.

Mane antequā ad Matutinū pulsetur, conueniāt domini, & induet se Decanus, vel hebdomadari⁹, vel alius sacerdos vestib⁹ sacerdotalib⁹, & cappa purpurea, & ordinetur processio ad leuandam crucem hoc modo. Eat presbyter cum ministris gestātib⁹ candelas magnas, cum thuribulo, & aqua benedicta. Vbi vero ad sepulchrum peruentū fuerit, aspergat ipsum aqua benedicta, ac genibus flexis dicat has orationes subsequentes.

ORATIO.

Oremus. Presta, quęsumus, omnipotens Deus, nobis famulis tuis, ea animi deuotione, & cordis contritione, misericordiam & veniam peccatorum nostrorum obtinere; qua sanctę mulieres gloriosum filij tui sepulchrum, cū aromatibus visitare, & quęsitum tam pretiosum mundi pretium meruerūt inuenire: vt per mortem eius à peccati vinculis absoluti, & per resurrectio-

P 4 nis

nis eius sacrosanctum mysterium iustificati, ad vitam, quæ in cælis est, cum ipso ascendere mereamur, sine fine cū gaudio māsuri. Per Dominum nostrū Iesum Christum. &c.

ORATIO.

Oremus. Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, vt splendida faciei tuæ claritas nos illustret, quæ post gloriosā resurrectionem tuam, a maxillis Ecclesiæ tuæ spōsæ deterfit lacrymas & mœrorem. Per eundem Christū dominum nostrum. **Respon.** Amen.

Deinde ablato velamine iterum aspergatur, & thurificetur. & leuet presbiter crucē, & ablato velamine, dicat versiculū. Surrexit dominus vere, &c. & tunc Cātor immediate incipit Antiphonā: Christus resurgens. infra dum hæc cātatur, portetur crux ad altare, ibiq; ponatur & adoretur, relicto tamē sudario in monumento, & tunc pulsetur ad Matutinas. Quando vero vltimum Responsorium, Dum transisset Sabbathū, cantatur, distribuantur candelæ & accēdantur. Finito Responsorio, & versu, cum Gloria patri, incipiat

piat Cantor idem Responsorium, Dū transisset Sabbathum, & egrediatur processio, accensis candelis, & faciant stationem ante altare.

Responsorium.

Dum transisset sab bha tum,

Ma ri a Mag dale ne, &

Mari a Iacobi, & Sa lo me,

eme runt aroma ta. **V**t ve ni-
entes

entes vngerent Ie sum. Allelu-

ia. Alle lu ia. **Versus.**

Et valde mane vna fabba-

thorum, veniūt ad monumen tum

or to iam So le. **V**t ve ni en-
tes.

tes, **G**lo ri a pa tri & fi-

li o & spi ri tui sancto.

Alle lu ia.

Interim egrediantur tres Domini cum candelis suis accensis, induti cappis rubeis, & dentur ijs tria thuribula cum incenso, & vadant visitare sepulchrum. Venientes autem iuxta sepulchrum, dicant.

Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio

stio mo nu men ti.

Quibus duo pueri, angelorum personam sustinen-
tes (quos apud sepulchrum paratos expectare oportet,) dicent.

Quē quæritis in sepulchro ô Chri-

& responde-
bunt Mariæ

sticolæ?

Iesum Nazarenum

Tum rursus
pueri.

crucifixū ô coelicolæ.

Non
est hic

est hic, surrexit sicut prædixerat, ite, nū-
 & statim sub-
 iungent præ-
 dicti duo pu-
 eri.
 ciate, quia surrexit à mortuis.

Venite, & videte locum, vbi positus

erat Dominus, Alleluia Allelu ia.

Tunc accedant dictæ tres Mariæ, & sudariū recipiāt,
 in sepulchro verò sedētes pueri cātabūt Antiphonam.

Cito eūtes dicite discipulis quia
 Q surre-

rexit Dominus Alle lu ia.

Deinde cantor incipiat, Victimæ paschali, & tum Chorus sequatur, dum verò hos versus cantant, ordinent se ad processionem, prædictæ verò tres personæ, stabunt ante chorum vertentes se ad processionem, & cantato versu, Dic nobis Maria, &c. Respondebit vna persona, Sepulchrum Christi, &c. Iterum chorus repetet, Dic nobis Maria, &c. Et alia persona respōdebit, Angelicos testes, sudarium & vestes, Et nota, quod quando dicitur, sudarium, debent omnes tres personæ eleuare sudarium. Tum tertio chorus repetet versum, Dic nobis Maria, &c. Et respondebit tertia persona, Surrexit Christus spes mea, &c. Postea totus Chorus. Credendum, &c. Et finitur sequentia.

Sequentia.

Victimæ paschali laudes, immolent
Christi-

Christiani. **A**gnus redemit oues.

Christo innocēs patri recōciliauit pec-

catores. **M**ors & vita duello confixē-

re mirando, dux vitæ mortuus, regnat.

uius. **D**ic nobis Maria quid vidisti
Q 2 in via.

Maria Mag-
dalena res-
pondet.

in via?

Sepulchrum Christi

viuentis, & gloriam vidi resurgentis.

Cantor
iterum.

Dic nobis Maria, quid vidisti

Responder
Maria Iaco-
bi.

in via?

Angelicos testes sua-

Tertio rur-
sus Cantor.

riū & vestes.

Dic nobis Ma-
ria quid

Respondet
Maria Salo-
me.

ria quid vidisti in via?

Surre-

xit Christus spes mea, præcedet suos

Tum totus
Chorus.

in Galilæam.

Credendū est

magis soli Mariæ veraci, quam Iudæ-

orum turbæ fallaci. **Scimus Christū**

Q 3 surre-

furrexiffe a mortuis verè, tu nobis

victor Rex miserere, Alle lu ia.

*Intrando Chorum incipiat Cantor Antiphonam,
& Chorus subsequatur.*

Et recordatæ sunt verborum eius,

& regressæ â monumento, nunciaue-

runt hæc omnia illis vndecim, & cœ-
teris

teris omnibus. Alle lu ia.

*Tum tres illæ personæ ibunt ad gradum ante altare;
& finita priori Antiphona, incipient subsequentem,
Surrexit Dominus de sepulchro &c. & cantabunt
eam vsq; ad finem, eaq; absoluta Chorum exhibunt.*

Surrexit dominus de sepulchro, qui

pro nobis pepēdit in ligno. Alleluia.

*Statim Maior incipiet Te Deum laudamus, quod
totum cantatur candelis accensis, & postquam finitū
fuerit, candelæ extinguantur, & subiungantur laudes.*

PROCE-



Q 4